# Diſqviſitio Philo-ſophica,

## SYNOPSIN TOTIUS

Metaphyſicæ ex monumentis Ariſtotelicis collectam exhibens,

*QVAM*

*Permiſſu & præſcitu Inclytæ Facultatis Philoſophicæ in celeberrimâ, quæ Lipſiæ eſt, Academiâ placidè ventilandam proponit,*

PRÆSIDE

## M. JOHANNE HöFERO

Græcio-Variſco, S.S. Theol. Studioſo.

RESPONDENS

*DANIEL Müller Græcio-Variſcus Philoſ. Baccal.*

*Ad diem 5. Decemb.*

Imprimebat HENNINGUS Köler/

ANNO M DC XXXV.

TMd 112

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0001-9
DFG

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0002-4

Σὺν παλάμᾳ Θεοῦ.

PErpendentes nos, Philoſophum omnis ſapientiæ ſtudioſum inſigniri à Plat. 5. de Republ. Cicerone 2. off. Diog. Laërt. in proœmio, eò lubentius animum noſtrum in eâ Philoſophiæ parte excolere voluimus, qvæ ipſa antiqvitùs Sapienria denominabatur, Cic. l. 5. Tuſc. qq. qvod ut fiat in DEI gloriam, ſtudiorumq; noſtrorum emolumentum, Deum rogamus per Chriſtum!

## CAP. I.

## *De natura & conſtitutione Metaphyſicæ.*

### THESIS I.

*VOX Metaphyſicæ apud Ariſtotelem qvidem non reperitur, ſed interpretes eam ex librorum Ariſtotelicorum inſcriptione, qva οἱ μετὰ τὰ φυσικὰ inſigniuntur, effinxerunt & compoſuerunt qvod vel ea tractet, qvæ limites Phyſicæ tranſcendunt, & ſupra res naturales ordine naturæ ſeu dignitatis ſunt collocata: vel qvod poſt Phyſicam (utrumq; enim, poſt & ſupra, particula μετὰ innuit) ſit conſcripta, uti ex lib. 1. Metaphyſ. c. 1. eſt colligere.*

II. *Variis verò à Philoſopho indigitatur nominibus;* Dicitur enim (1.) *Philoſophia lib. 5. met. c. 1. ſcilicet* καθ' ὑπεροχὴν (2.) φιλοσοφία πρώτη, *d. l. & lib. 1.* ἀκρ. *cap. 10. §. 9.* (3.) θεολογικὴ *lib. 5. met. c. 1. & lib. 11. c. 6.* (4.) ἡ καθόλου ἐπιστήμη *lib. 2. met. cap. 2. & lib. 11. c. 6.* (5.) σοφία *lib. 2. met. cap. 2.*

III. *Eſt autem* Μεταφυσικὴ ἐπιστήμη, ἡ θεωρεῖ τὸ ὄν, ᾗ ὄν, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό, *i.e.* Scientia *qvæ contemplatur* Ens, *qvatenus* Ens, *& qvæ ei per ſe inſunt l. 3. metap. c. 1.*

IV. Rectius dicitur ſapientia, cùm ipſi ex aſſe competant omnia Sapientis & Sapientiæ requiſita, quæ Ariſtoteles lib. 1. metaph. c. 2. ὑπολήψεις περὶ τοῦ σοφοῦ καὶ τῆς σοφίας vocat, & ordine recenſet, qvando ait: ὑπολαμβάνομεν τὸν σοφὸν I. ἐπίστασθαι μάλιστα πάντα, ὡς ἐνδέχεται, μὴ καθ' ἕκαστον ἔχοντα ἐπιστήμην αὐτῶν, i.e. exiſtimamus Sapientem maximè omnia ut poſſibile eſt, ſcire, non habentem ſingulariter eorum ſcientiam. II. τὸν τὰ χαλεπὰ γνῶναι δυνάμενον, καὶ μὴ ῥάδια ἀνθρώπῳ γινώσκειν, i.e. illum, qui difficiliora, neq; ſcitu facilia homini, cognoſcere poteſt. Et paulo poſt: χαλεπώτατα γνωρίζειν τοῖς ἀνθρώποις ἐστι τὰ μάλιστα καθόλου· πορρωτάτω γὰρ τῶν αἰσθήσεων. III. Τὸν ἀκριβέστερον, i.e. eum qui certior & accuratior eſt. ἀκριβέσταται τῶν ἐπιστημῶν αἳ μάλιστα τῶν πρώτων εἰσὶ, Scientiarum illæ certiores & exqviſitiores ſunt, qvæ ſunt maximè primorum, ibid. IV. Τὸν διδασκαλικώτερον τῶν αἰτίων, i.e. illum, qui magis docere valens cauſas reddit. Μᾶλλον διδασκαλικὸς ἐστὶν ὁ τῶν αἰτίων θεωρητικὸς, i.e. ille autem magis docet, qvi cauſas contemplatur. V. Σοφίαν αὐτῆς ἕνεκεν καὶ τοῦ εἰδέναι χάριν αἱρετὴν εἶναι, i.e. Sapientiam perſe & propter ipſum ſcire eligendam eſſe. VI. Ἀρχικωτέραν μᾶλλον τῆς ὑπηρετούσης σοφίαν εἶναι ὑπολαμβάνομεν, i.e. eam qvæ præeſt magis, qvam qvæ ſubminiſtrat, ſapientiam eſſe putamus. οὐ γὰρ δεῖ ἐπιτάττεσθαι τὸν σοφὸν, ἀλλ' ἐπιτάττειν, καὶ οὐ τοῦτον ἑτέρῳ πείθεσθαι, ἀλλὰ τούτῳ τὸν ἧττον σοφόν, i.e. non enim ut ſapienti præcipiatur, ſed ut ille præcipiat, nec ut ille ab altero, ſed ut ab eo minus ſapienti ſuadeatur, decet. Hæc omnia cum de Metaphyſica dicantur, uti exactius perpendenti erit manifeſtum, qvidni ipſa etiam ſapientia?

VI. Objectum Metaphyſicæ qvodnam ſit, tàm ex Definitione, qvàm ex ſeqventibus ὀφθαλμοφανῶς apparet. Lib. 6. met. c. 1. ait Philoſ. Περὶ τοῦ ὄντος, ᾗ ὄν, καὶ τί ἐστι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα καθόλου ᾗ ὄν, τῆς πρώτης φιλοσοφίας ἐστὶ θεωρῆσαι, i.e. de Ente qvatenus Ens eſt, & qvid ſit, & qvæ ei, prout Ens eſt, inſunt univerſaliter, contemplari, eſt primæ Philoſophiæ. Et d. l. ἡ γεωμετρία καὶ ἀστρολογία περί τινα φύσιν ἰδίαν εἰσὶν, ἡ δὲ πρώτη φιλοσοφία καθόλου πασῶν κοινή, i.e. Geometria qvidem & Aſtrologia ſunt circa qvandam naturam propriam: Philoſophia verò prima univerſaliter omnibus eſt communis. Item lib. 11. metap. c. 3. Ἐστιν ἡ τοῦ φιλοσόφου ἐπιστήμη τοῦ ὄντος, ᾗ ὄν, καθόλου, καὶ οὐ κατὰ μέρος i.e. Philoſophi ſeu Metaphyſici ſcientia eſt entis prout ens, univerſaliter, & non ſecundum partem.

Et d.l.

Et d. l. c. 6. Τῶν μαθηματικῶν ἑκάστη περὶ ἕν τι γένος ἀφωρισμένον ἐστιν. ἡ καθόλου κοινὴ περὶ πάντων, i. e. Mathematicarum diſciplinarum qvælibet circa unum genus ſeu ſubjectum abſtractum verſatur: Univerſalis ſeu Metaphyſica, communis eſt de omnibus.

*VII. Partes Metaphyſicæ duæ ſunt: Generalis, qvæ Entis naturam, ejusq; attributa communiſsima conſiderat. Et ſpecialis, qvæ agit de Speciebus Entis analogicis.*

# Pars Generalis.

## CAP. II.

## De Ente in genere.

### ΘΕΣΙΣ I.

Τὸ ὂν ΠΟΛΛΑΧΩΣ, καὶ οὐ καθ' ἕνα λέγεται τρόπον, Ens multipliciter, & non uno modo dicitur l. 11. metaph. c. 3. I. Τὸ ὂν λέγεται, τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς, τὸ δὲ καθ' αὐτό. i. e. Ens dicitur aliud ſecundum accidens, aliud per ſe. lib. 5. met. c. 7.

*II.* Τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς· οἷον τὸ δίκαιον μουσικὸν εἶναι φαμὲν, *i. e. Ens per accidens eſt, ut qvando juſtum muſicum eſſe dicimus. ibid.*

*III.* Καθ' αὑτὸ εἶναι λέγεται, ὅσα σημαίνει τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας, *i. e. per ſe eſſe dicuntur, qvæcunq; ſignificant categoriæ figuras, Ibid. Sive: qvæ certam certæ categoriæ ſpeciem ſignificant.*

*IV. II.* Ens eſt vel ἄνευ συμπλοκῆς, *incomplexum, qvod ſimplicibus conceptibus, ſive ut Philoſ. lib.* περὶ ἑρμ: *cap. 1. loqvitur, qvod* τῷ ἄνευ συνθέσεως καὶ διαιρέσεως νοήματι, *reſpondet. hujusmodi* Ens eſt *homo, lapis &c. vel* κατὰ συμπλοκὴν ἢ συμπεπλεγμένον, *complexum, reſpondens vero, quod in compoſitione & diviſione conſiſtit. lib. 6. met. c. 2. text. 30. & lib. 8. Top. c. 4. l.* περὶ ἑρμην. *c. 1.*

*V. III. Sicut* Ens *ab aliis accipitur vel nominaliter, pro eſſentiâ, ſive re ratione eſſentiæ ſuæ conſideratâ, ſive actu ſit in rerum naturâ, ſive non ſit; vel participialiter, pro eo tantum, qvod jam actu exiſtit. Ita Ariſtoteli* τὸ εἶναι *jam exiſtentiam ſignificat, & conſtruitur cum caſu accuſandi, ut lib. 1. poſt.*

*text. 14. & lib. 2. poſt. t. 72. jam eſſentiam ſignificat, & conſtruitur cum dativo, ut lib. 4. met. t. 11. & lib. 3. de anim. t. 9. e. g.* τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, *eſſentiam hominis;* τὸν ἄνθρωπον εἶναι *hominem exiſtere ſignificat.*

*VI. IV. Ens eſt vel* ὄντως καὶ ἀληθῶς ὂν, *i. e. reverâ ens ſeu reale, quod absq; mentis operatione conſiſtit in rerum natura: vel* ἐν τῇ διανοίᾳ, *Ens rationis, quod absq; intellectus intervenientis actu nihil habet poſitivi, ut ſunt omnia* δεύτερα νοήματα. *Illud dicitur* ὂν ἔξω; *hoc verò* ὂν ἔσω.

*VII. Ens reale eſt vel* τῇ δυνάμει, *quod eſſentiam completam habere poteſt: vel* τῇ ἐνεργείᾳ, *quod reipſa jam perfectum & abſolutam habet eſſentiam, &* τόδε τί ἐστι. *lib. 9. met. cap. 1. & 2.*

## ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Ἀδύνατον ἐστι ἅμα εἶναι, καὶ μὴ εἶναι *i. e. impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe lib. 4. met. c. 4.* οὐκ γὰρ ἐνδέχεται ἅμα ἀληθὲς εἶναι τὸ αὐτὸ ἄνθρωπον εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἄνθρωπον: *non contingit ſimul verum eſſe, idem hominem eſſe & non eſſe hominem d. l. Quod idem Philoſ: lib: 1. poſt: c. 11 par. 2. ita enunciat:* μὴ ἐνδέχεται ἅμα φάναι καὶ ἀποφάναι: *i. e. impoſſibile eſt idem ſimul affirmari & negari de eodem: ſed de quolibet* ἡ κατάφασις ἢ ἀπόφασις ἐστι, *affirmatio aut negatio eſt, uti par: 3. cap. 11. lib. 1. poſt. Ariſtoteles aſſerit.*

*II.* Τῶν μὴ ὄντων ἔνια δυνάμει ἐστιν, οὐκ ἐστι δὲ, ὅτι οὐκ ἐντελεχείᾳ ἐστιν: *i. e. non entia quædam potentiâ ſunt, non ſunt autem, quia actu non ſunt, l. 9. met. c. 3.*

*III* Τὸ μὴ ὂν οὐδεὶς οἶδεν: *i. e. non entis nulla eſt ſcientia, l. 2. poſt. c. 7. par. 2.*

*IV.* Περὶ τὸ ὂν κατὰ συμβεβηκὸς οὐδεμία ἐστι θεωρία *i. e. de ente per accidens nulla eſt ſpeculatio lib. 6. met. c. 2.*

## CAP III.

## De Attributis Entis in genere & in ſpecie, de Unitis.

I. *Attributa Entis ſunt vel Eſſentialia, vel accidentalia.*

*II. Eſſentialia ſunt, quæ* πρώτως *& eſſentiali nexu entitatem inſequuntur, & dicuntur* πάθη τοῦ ὄντος.

III. Sunt-

III. *Suntq; vel Unita, quæ Enti adæquatè inſunt, & cum eo convertuntur ſub uno conceptu, ut: Unum Verum, Bonum, qvorum prius abſolutum, poſteriora duo reſpectiva dicuntur: vel disjuncta, quæ cum ſuis oppoſitis in ſenſu disjuncto de Ente prædicantur. Et ſunt vel immediata, qvæ proximè & immediatè Enti conveniunt, ut ſunt actus & potentia: principium & principiatum: Cauſa & cauſatum: Neceſſarium & Contingens: Vel Mediata, quæ Mediante aliquâ Entis affectione, tanquam fundamento interveniente, Enti inſunt: ut mediante Unitate Ens eſt Idem vel Diverſum, Totum vel Pars; Univerſale vel ſingulare; mediante veritate Ens eſt menſura vel Menſuratum; mediante Bonitate eſt Perfectum vel Imperfectum.*

IV. *Attributa accidentalia ſunt, quæ* δευτέρως *& certâ* τάξει *Enti, quatenus Ens competunt.*

V. *Hujusmodi ſunt Subjectum & Adjunctum, Signum & Signatum, De ſingulis autem diſtinctè.*

## Τμῆμα I. De Uno.

I. Τὸ ἓν ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ ἕν, ἀδιαίρετον, *i. e. Unum aut ſimpliciter, aut qvatenus Unum eſt indiviſibile lib. 10. met. c. 1. in calce. Vel ut lib. c. 5. 6.* τὸ ἀτόμον τὸ τί ἦν εἶναι τοῦ ἑνός, *i. e. Indiviſum eſſe eſt ipſa qvidditas Unius. Et l. 5. met. c. 6. text 11.* καθόλου ὅσα μὴ ἔχει διαίρεσιν, ᾗ μὴ ἔχει, ταύτῃ ἓν λέγεται. *Univerſaliter qvæcunq; non habent diviſionem, quatenus non habent, eatenus unum dicuntur.*

II. Τὸ ἓν πολλαχῶς λέγεται τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκός, τὸ δὲ καθ' αὑτό, *i. e. Unum multis dicitur modis: qvoddam per accidens, qvoddam verò per ſe.*

III. Κατὰ συμβεβηκὸς ἓν λέγεται, οἷον ὁ κόρισκος μουσικός, *i. e. Unum per accidens dicitur, ut Coriſcus Muſicus: Et hoc* διχῶς *potiſſimum ſumitur: 1.* ὡς ὑποκείμενον καὶ συμβεβηκὸς ἐν τούτῳ, *ut ſubjectum cum ſuo accidente, 2.* ὡς συμβεβηκότα ἐν ὑποκειμένῳ ταὐτῷ, *ut duo plura ve accidentia reſpectu ad unum ſubjectum, lib. 5. met. c. 6. 7.*

IV. Καθ' αὑτὸ ἓν λέγεται (α) τῷ συνεχὲς εἶναι, *per ſe unum dicuntur eò qvod continua ſunt. l. 5. c. 6. vel rotundius:* πρώτως καὶ καθ' αὑτὸ λεγόμενον ἕν ἐστι τὸ συνεχές, ἢ ἁπλῶς ἢ μάλιστα τὸ φύσει, καὶ μὴ ἁφῇ, μηδὲ δεσμῷ· καὶ μὴ βίᾳ, ὥσπερ ὅσα κόλλῃ, ἢ γόμφῳ· ἀλλὰ ἔχειεν ἑαυτῷ τὸ αἴτιον τοῦ συνεχὲς εἶναι *id eſt:*

Unum

Vnum primò & per ſe dictum eſt ipſum continuum aut ſimpliciter, aut maximè, quod naturâ & non tactu, neq; ligatione, neq; vi, quemadmodum quæcunq; aut glutine aut clavo (unum ſunt.) ſed habet in ſe, quod cauſa ſit, ut continuum ſit, lib. 10. met. c. 1.

V. Καθ' αὑτὸ ἓν λέγεται (β) ὅσων ὁ λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι λέγων, ἀδιαίρετος, i. e. Unum per ſe ea dicuntur, quorum ratio, quod quid erat eſſe dicens, eſt indiviſibilis, l. 5. met. c. 6. & l. 10. met. c. 1.

VI. Καθ' αὑτὸ ἕν ἐστι (γ) τὰ μὲν κατ' ἀριθμόν, ὧν ἡ ὕλη μία· τὰ δὲ κατ' εἶδος, ὧν ὁ λόγος εἷς. Τὰ δὲ κατὰ γένος, ὧν τὸ αὐτὸ σχῆμα τῆς κατηγορίας, vel: ὧν τὸ γένος ἓν διαφέρον ταῖς ἀντικειμέναις διαφοραῖς οἷον ἄνθρωπος, ἵππος, ἕν τι, ὅτι πάντα ζῶα. τὰ δὲ κατ' ἀναλογίαν, ὅσα ἔχει ὡς ἄλλο πρὸς ἄλλο, i.e. Vnùm per ſe ſunt quædam numero, quorum materia una: quædam ſpecie, quorum definitio una: quædam genere, quorum eadem categoriæ figura, vel, quorum unum genus differens oppoſitis differentiis, ut homo & equus unum ſunt, quia ſunt animalia: quædam ſecundum analogiam, ut ea, quæ ſe habent tanquam aliud ad aliud. lib. 5. met. c. 6.

VII. Τῷ ἑνὶ ἀντίκειται τὸ πολὺ ἢ τὸ πλῆθος, ὡς ἀδιαίρετον καὶ διαιρετόν. τὸ μὲν γὰρ ἢ διῃρημένον, ἢ διαιρετὸν πλῆθός τι λέγεται. τὸ δὲ ἀδιαίρετον, ἢ μὴ διῃρημένον, ἕν, i. e. Vni opponitur Multum, ſicut indiviſibile, & diviſibile: quod enim aut diviſum aut diviſibile eſt, multitudo quædam dicitur: quod verò indiviſibile aut non diviſum, Vnum. lib. 10. met. c. 3. & lib. 4. c. 2.

## ΠΟΡΊΣΜΑΤΑ de Uno.

I. Τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν ταὐτὸν καὶ μία φύσις, τῷ ἀκολουθεῖν ἀλλήλοις. i. e. Ens & unum idem & una natura ſunt propterea, quod ſe invicem ſequantur, lib. 4. met. c. 2. Et libr. 10. c. 2. Ὅτι τὸ αὐτὸ σημαίνει πως τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν, δῆλον, τῷ παρακολουθεῖν ἰσαχῶς ταῖς κατηγορίαις, καὶ μὴ εἶναι ἐν μηδεμιᾷ. οἷον οὔτε ἐν τί ἐστιν, οὔτ' ἐν τῷ ποιόν, ἀλλ' ὁμοίως ἔχει, ὥσπερ τὸ ὄν, quod Vnum & Ens idem quodammodo ſignificat, patet ex eo, quod æqualiter ſequitur prædicamenta, & in nullo eſt, nec in quid, nec in quale, ſed ſimiliter ſe habet, ſicut Ens.

II. Τὸ ἓν οὐδὲν ἕτερόν τι παρὰ τὸ ὄν, i. e. Vnum nihil aliud eſt præter Ens, lib. 4. c. 2. Et lib. 10. c. 2. λέγεται ἰσαχῶς τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, dicuntur æqualiter Ens & Vnum.

III. Τὸ

III. Τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν καθόλȣ κατηγορεῖται μάλιςα πάντων, *Ens & Vnum univerſaliter maximè de omnibus prædicantur lib. 10. c. 2.* Κατὰ πάντων τῶν ὄντων τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν κατηγορεῖται, *i. e. de omnibus iis, quæ ſunt, & Ens & unum prædicantur, 4. Top: c: 1. par. 6.*

IV. Πᾶν ὂν ἢ ἓν ἢ ȣχ ἓν πεφυκός, *i. e. Omne Ens aut Unum aut non Vnum aptum eſt eſſe, lib. 10. metaph. c. 3.*

V. Ὅσαπερ τȣ̃ ἑνὸς εἴδη, τοσαῦτα τȣ̃ ὄντος, *i. e. quot ſunt ſpecies Vnius, tot etiam ſunt Entis, l. 4. c. 2.*

VI. Πάντα ἀνάγεται εἰς τὸ ὂν καὶ τὸ μὴ ὄν, καὶ εἰς ἓν καὶ πλῆθος, *id eſt, omnia ad Ens & non Ens, & ad Vnum & Multum reducuntur, lib. 4. met. c. 2.*

VII. Ἡ ἑκάςȣ ȣ̉σία ἕν ἐςιν, *i. e. Vniuscujusq; eſſentia unum eſt, lib. 4. cap. 2.*

## Τμῆμα II.

# De Vero.

I. Τὸ ἀληθὲς ἐν συνθέσει καὶ διαιρέσει τῶν πραγμάτων ἐςι, *lib. 6. met. c. 3. id eſt Verum in compoſitione & diviſione rerum conſiſtit. Cui definitioni hanc, ceu magis Metaphyſicam, annectimus: Verum ſive Veritas eſt congruentia ſeu conformitas rei cum intellectu, potiſſimùm cum Divino. Exc: Dn. Jacob: Mart: in part. Metaph. l. 1. ſ. 5.*

II. *Hæc* σύνθεσις καὶ διαίρεσις *bifariam conſideratur. vel* ὡς ἐν τῷ πράγματι, *in re ipsâ; vel* ὡς ἐν τῇ διανοίᾳ, *in animo & intellectu: & hæc, quæ mente concepta eſt, ſi ipſi rei, prout eſt, applicetur, verum indè exiſtit, quod fundamentum baſinq; habet in re ipſa conſtitutam.* λόγοι γὰρ ἀληθεῖς, ὥσπερ τὰ πράγματα *lib.* περὶ ἑρμ. *1. c. 1.*

## ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Ἕκαςον ὡς ἔχει τȣ̃ εἶναι, ȣ̃τω καὶ τῆς ἀληθείας *i. e. ut unumquodq; ſe habet ſecundum eſſe, ita etiam ſecundum veritatem. Vel clarius: Vt unumquodq; eſt Ens, ita eſt verum. lib. 2. metaph. c. 1. Non enim veritatem res, ſed veritas rem conſequitur:* ȣ̉ γὰρ, *inquit Philoſ. lib. 9. metap. c. 10.* διὰ τὸ ἡμᾶς οἴεσθαι ἀληθῶς σε λευκὸν εἶναι, εἶ λευκός· ἀλλὰ διὰ τὸ σε λευκὸν εἶναι, ἡμεῖς, οἱ φάντες τȣ̃το, ἀληθεύομεν, *id eſt non pro-*

pterea quod nos putamus te verè album eſſe, tu albus es: ſed quia tu albus es, nos, qui dicimus, verum dicimus.

II. οὐκ ἔστι τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ διανοίᾳ; id eſt verum non eſt in rebus, ſed in mente. lib. 6. c. 3. Intelligendum a. de eâ veritate, cui opponitur falſitas: non de illâ. cui opponitur ignorantia. Mart. Exercitat. 16. θεωρ. 2.

## Τμῆμα III.

# De Bono.

I. Τὸ ἀγαθὸν διχῶς λέγεται· (α) τὸ μὲν ἁπλῶς ἀγαθὸν (β) τὸ δὲ τινὶ ἢ ἡμῖν l. 7. Eth. c. 13.

II. Hoc loco non τὸ ἡμῖν, quod eſt χωριστὸν, quo de in Ethicis; ſed τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν, τὸ κοινὸν ἐν ἅπασιν ὑπάρχον ἀγαθὸν ἀχωρίστως, bonum commune, quod omnibus ineſt inſeparabiliter, lib. 1. mag. mor. c. 1. intelligitur.

III. Hoc bonum οὐ ταυτὸ τῇ ἰδέᾳ· πᾶσι γὰρ ὑπάρχει κοινόν, i. e. non idem cum ideâ cenſeri debet; omnibus enim ineſt commune. lib 1. eudem. c. ult.

IV. Quot autem modis dicitur Ens, tot etiam Bonum: τὸ γὰρ ὂν σημαίνει τὸ μὲν τί ἐστι, τόδε ποιὸν, τόδε ποσὸν: ſic etiam bonum lib. 1. Eudem: cap. ult: & lib. 1. mag. mor, c. 2.

Πόρισμα· Φύσει ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν βαδίζοι πάντα, i. e. naturaliter omnia ad bonum feſtinant lib. 7. Eud. c. 14. vel quod idem: τοῦ ἀγαθοῦ πάντα ἐφίεται, i. e. Omnia bonum appetunt. Nil niſi bonum appetitur.

# Cap IV.

# De Affectionibus Entis disjunctis Immediatis.

## Τμῆμα II. De actu & potentia.

I. Potentia interdum ſumitur ὁμωνύμως & impropriè pro eâ, quæ cum ipſo actu eſt conjuncta, ut quando Cœlum moveri poſſe dicitur, cùm tamen ipſo actu moveatur: Interdum ἰδίως καὶ συνωνύμως pro illâ, quæ ante actum præcedens datur. lib. 9 metap. cap. 3. & lib. de Interp. c. 13.

II. Δύναμις ἡ μὲν ἐστιν ἀρχὴ μεταβολῆς ἢ κινήσεως ἐν ἑτέρῳ ᾗ ἕτερον, οἷον ἡ οἰκοδομικὴ δύναμις, i. e. Potentia quædam eſt principium muta-

*mutationis aut motus in alio, quatenus aliud: ut potentia ædificativa, lib. 5. met. c. 12. & lib. 9. met. c. 1.* ἡ πρώτη δύναμις ἐστιν ἀρχὴ μεταβολῆς ἐν ἄλλῳ ἢ ἄλλο, *i.e. potentia prima eſt principium transmutationis in alio, prout aliud. Dicitur aliâs* δύναμις ἐνεργητικὴ, *i. e. potentia activa.*

*III.* Ἡ δὲ δύναμις ἐστιν ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ὑφ᾽ ἑτέρου ἢ ἕτερον, καθ᾽ ἣν τὸ πάσχον πάσχει, *i.e. quædam potentia eſt principium transmutationis ab alio, prout aliud, & ſecundum quam patiens patitur lib. 5. metap. c. 12. Vocatur* δύναμις παθητικὴ, *& lib. 9. metap: c. 1. ita definitur:* ἡ μὲν τοῦ παθεῖν ἐστι δύναμις, ἡ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι ἀρχὴ μεταβολῆς παθητικῆς ὑπ᾽ ἄλλου ἢ ἄλλο, *i.e. Potentia patientis eſt, quæ in ipſo patiente eſt principium transmutationis paßivæ ab alio, prout aliud eſt.*

*IV.* Τὸ δὲ δυνατὸν ἕνα τρόπον λέγεται, τὸ ἔχον κινήσεως ἢ μεταβολῆς ἀρχὴν, *i.e Potens v. uno modo (ſive potentiâ activâ) dicitur, quod motus aut mutationis principium habet, lib. 5. met. c. 12.*

*V.* Ἕτερον τρόπον λέγεται δυνατὸν, ἐὰν ἔχῃ μεταβάλλειν ὑφ᾽ ἑτέρου δύναμιν τοιαύτην, εἴτε ἐπὶ τὸ χεῖρον, εἴτε ἐπὶ τὸ βέλτιον, *i. e. Alio modo (ſeu potentiâ paßivâ) potens dicitur, ſi quid habeat potentiam tranſmutandi ab alio, ſive in pejus, ſive in melius. Ibid.*

*VI.* Τῶν δυνάμεων αἱ μὲν εἰσὶ ἄλογοι, αἱ δὲ μετὰ λόγου, *i. e. quædam potentiæ ſunt irrationales, quædam verò rationales. lib. 9. met. c. 2. & lib.* περὶ Ἑρμ. *c. 13.*

*VII.* Αἱ μὲν μετὰ τοῦ λόγου πᾶσαι τῶν ἐναντίων αἱ αὐταὶ, οἷον ἡ ἰατρικὴ τοῦ νόσου καὶ ὑγιείας, *i. e. Rationales omnes eædem contrariorum ſunt, ut: potentia medicandi eſt morbi & ſanitatis. Hoc eſt: indifferenter ſe habent ad utramq́; contradictionis partem, nempe ad habitum & privationem, poſitiq́; omnibus ad agendum requiſitis, etiamnum actionem ſuſpendere poſſunt. Dicuntur potentiæ* τῆς ἀντιφάσεως, *item liberæ.*

*VIII.* Αἱ δὲ ἄλογοι μία ἑνὸς· οἷον τὸ θερμὸν τοῦ θερμαίνειν μόνον, *i. e. irrationales verò una unius eſt: ut: calidum ipſius calefaciendi ſolius l. 9. c. 2. hoc eſt irrationales potentiæ: 1. ad unum tantùm ſunt determinatæ, ſicut ignis tantùm calefacit, non frigefacit. 2. poſitis omnibus ad agendum requiſitis non poſſunt non agere, ut ignis præſente uſtibili non poteſt non urere. Vocantur potentiæ naturales, eò, quod modum naturæ communem ſequantur, qui eſt eſſe determinatum ad unum Mart. Exercit. 3.* θεωρ. 8.

IX. Τὰς μετὰ λόγου δυνάμεις ἀνάγκη ἐν ἐμψύχῳ εἶναι· ἀλόγους δὲ ἐν ἀμφοῖν, *id eſt potentias rationales neceſſe eſt eſſe in animato: irrationales verò in ambobus. lib. 9. met. c. 5.*

X. *Qvædam potentiæ ſunt* συγγενεῖς καὶ σύμφυλοι, οἷον αἱ τῶν αἰσθήσεων. *id eſt inſitæ & innatæ ut ſenſuum potentiæ: qvædam ſunt* ἐπίκτητοι, *acqviſitæ vel* ἔθει οἷον ἡ τοῦ αὐλεῖν, *conſuetudine ut potentia tibiis canendi; vel* μαθήσει, οἷον ἡ τῶν τεχνῶν, *diſciplina, ut potentia artium, l. 9. c. 5.*

XI. *Actum ipſum Philoſophus non definit, ſed inductione & analogiâ quàdam exponit, quando lib. 9. met. c. 5. ait: Quicquid ſe habet ad aliud, ſicut vigilans ſe habet ad dormientem, ædificans & ædificativum, elaboratum ad inelaboratum, & illud habet ſe ut actus ad potentiam.*

XII. *Actus alius eſt Primus, alius Secundus.* Primum, *qui ſpeciatim* ἐντελέχεια, *item* Formæ *dicitur, Ariſtoteles potentiæ paßivæ opponit: Activæ verò potentiæ opponit ſecundum, qui propriè* ἐνέργεια, *quam lib. 9. met. c. 3.* μάλιστα κίνησιν *appellitat, dici poteſt.*

Πόρισμα I. οὗ ἡ δύναμις τούτου καὶ ἡ ἐνέργεια, *cujus eſt potentia, ejusdem eſt actus. Vel: Potentia & actus ſunt ejusdem, lib. de Som. & vigil. cap. 1.*

II. Ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος γίνεται τὸ ἐνεργείᾳ ὂν ὑπὸ ἐνεργείᾳ ὄντος *id eſt, Ex eo quod potentiâ eſt, fit actu Ens ab actu exiſtente. l. 9. met. cap. 8.*

III. Ἕκαστον τότε λέγεται μᾶλλον, ὅταν ἐντελεχείᾳ ᾖ, ἢ ὅταν δυνάμει *i. e. Vnumquodq; tum magis eſſe dicitur cum actu eſt, quam cum potentiâ, lib. 1.* περὶ ἀκρ: *c. 1. text. 12.*

IV. Προτέρα ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῆς δυνάμεως καὶ λόγῳ, καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ χρόνῳ *i. e. Actus prior eſt potentiâ definitione, eſſentiâ ſeu perfectione & tempore. lib. 9. met. c. 8. Verum eſt, ſi actus ad potentiam comparetur non in eodem ſubjecto, ſed in diverſis.*

V. Βελτίων καὶ σπουδαιοτέρα τῆς δυνάμεως ἡ ἐνέργεια, *i. e. melior ac præſtantior eſt actus, quam potentia, lib. 9. c. 9.*

VI. Ἀνάγκη ἐπὶ τῶν κακῶν τὴν ἐνέργειαν εἶναι χεῖρον τῆς δυνάμεως *id eſt neceſſe eſt in malis actum deteriorem eſſe potentia lib. 9. cap. 9.*

Τμή-

# De Principio & Principiato.

I. Ἀρχὴ ἡ μὲν λέγεται, ὅθεν ἄν τι τοῦ πράγματος κινηθείη, i. e. principium qvoddam dicitur, à qvo qvid rei primum movetur, l. 5. met. c. 1.

II. Ἡ δ', ὅθεν ἂν κάλλιστα ἕκαστον γένοιτο· οἷον καὶ μαθήσεως οὐκ ἀπὸ τοῦ πρώτου καὶ τῆς τοῦ πράγματος ἀρχῆς ἐνίοτε ἀρκτέον, ἀλλ' ὅθεν ῥᾷστ' ἂν μάθοι, i. e. aliud verò principium eſt, undè optimè qvodlibet fiat, ut principium doctrinæ, in qvâ non à primo ac rei principio aliquando inchoandum eſt, ſed undè qvis facilius diſcat. d. l.

III. Ἡ δ', ὅθεν πρῶτον γίνεται ἐνυπάρχοντος· οἷον οἰκίας θεμέλιος, i. e. aliud verò, à qvo primum inſito aliqvid fit, ut fundamentum eſt principium domus.

IV. Ἡ δ', ὅθεν γίνεται πρῶτον μὴ ἐνυπάρχοντος οἷον τὸ τέκνον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ μητρός, i. e. aliud v. à qvo primum non inſito aliqvid fit, ut filius ex patre & matre. ibid.

V. Ἡ δ', καθ' οὗ προαίρεσιν κινεῖται τὰ κινούμενα καὶ μεταβάλλει τὰ μεταβάλλοντα, ὥσπερ αἱ κατὰ πόλεις δυναστεῖαι ἀρχαὶ λέγονται, id eſt aliud veró id, ad cujus electionem moventur, & mutantur, quæ mutantur, ſicut civitatum poteſtates dicuntur principia, ibid:

VI. Ἔτι ὅθεν γνωστὸν τὸ πρᾶγμα πρῶτον, item (principium dicitur) unde primum res cognita eſt. Ibid.

VII. Πασῶν κοινὸν τῶν ἀρχῶν τὸ πρῶτον εἶναι, ὅθεν ἢ ἔστιν, ἢ γίνεται, ἢ γιγνώσκεται id eſt omnibus principiis commune eſt, eſſe illud primum, unde aliquid aut eſt, aut fit, aut cognoſcitur. lib. 5. met: c. 1.

VIII. Τῶν ἀρχῶν αἱ μὲν ἐνυπάρχουσαί εἰσιν, αἱ δὲ ἐκτός, i. e. principiorum qvædam ſunt intrinſeca, qvædam ſunt extrinſeca. Ibid.

IX. Τοῦτο ἐστὶ τὸ ἀρχὴν εἶναι, τὸ αὐτὴν μὲν αἰτίαν εἶναι πολλῶν, ταύτης δὲ ἄλλο ἄνωθεν μηδέν, id eſt, principium (internum) eſt id, qvod ita aliorum cauſa eſt, ut viciſſim ex qvâ ſit, cauſam aliam nullam habeat. l. 5. de generat: anim: c. 2.

X. Principiatum eſt, qvod ordinem habet ad principium.

Πόρισμα I. τῶν ἀρχῶν οὐκ ἔστιν ἕτερον αἴτιον id eſt principiorum non eſt alia cauſa l. 8. ἀκρ: c. 1. t. 15.

... principia ſunt indemonſtra-
bilia. lib. 1. poſt. c. 10. par. 1.

III. Αἱ ἀρχαὶ εἰσὶν ἀΐδιαι, i.e. principia ſunt æterna lib. 8. ἀκρ. c. 1. t. 15.

IV. Περὶ τῶν ἀρχῶν λόγον οὐχ ὑφεκτέον τῷ γεωμέτρῃ ᾗ γεωμέτρης, lib. 1. poſt. c. 12. i.e. de principiis diſceptatio ſubeunda non eſt Geometræ, quâ eſt Geometra; neq; etiam Phyſico, quâ Phyſicus.

V. Τῷ γεωμέτρῃ οὐκ ἔστι λόγος πρὸς τὸν ἀνελόντα τὰς ἀρχάς, i.e. Geometræ non licet diſceptare vel diſputare adverſus eum, qui Geometriæ principia evertit, l. 1. ἀκρ: c. 2. Vulgò: contrà negantem principia non eſt diſputandum.

VI. Τῶν ἀρχῶν ἐπιστήμη οὐκ εἴη. i.e. principiorum ſcientia (quæ per demonſtrationem comparatur) eſſe nequit. lib. 2. poſt. c. 19.

## De cognatis Principiorum, Prioribus ſcilicet & Poſterioribus.

I. Πρότερα καὶ ὕστερα λέγεται τὰ μὲν κατὰ τόπον, τῷ εἶναι ἐγγύτερον φύσει τινὸς τόπου ὡρισμένου, i. e. Priora & poſteriora dicuntur quædam ſecundum locum, eò quod propinquiora ſunt alicui loco naturâ determinato, lib. 5. metap. c. 11.

II. Τὰ δὲ κατὰ χρόνον, καθ' ὃν πρεσβύτερον καὶ παλαιότερον ἕτερον ἑτέρου λέγεται, i.e. Alia ſecundum tempus, juxta quod alterum altero antiquius & vetuſtius eſſe dicitur, lib. categ. c. 12.

III. Τὰ δὲ κατὰ κίνησιν· τὸ γὰρ ἐγγύτερον τοῦ πρώτου κινήσαντος πρότερον, i.e. quædam ſecundum motum: quod enim propinquius primo moventi, prius eſt lib. 5. met. c. 11.

IV. Τὰ δὲ κατὰ δύναμιν· τὸ γὰρ ὑπερέχον τῇ δυνάμει, πρότερον, i.e. quædam ſecundum potentiam: quod enim excellit potentiâ, prius eſt. Ibid.

V. Τὰ δὲ κατὰ τάξιν· οἷον παραστάτης τριτοστάτου πρότερον, i.e. quædam ſecundum ordinem: ut in ſaltatione qui ſecundum locum obtinet prior eſt eo qui tertium Ib.

VI. Τὰ δὲ τῇ γνώσει πρότερα ὄ, i.e. quædam cognitione ſunt priora Ib.

VII. Τὰ δὲ κατὰ φύσιν, quædam ſecundum naturam. Et horum quædam ſunt ἀντίστροφα κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν reciproca ſecundum exiſten-

exiſtendi conſecutionem: quædam verò non ſunt reciproca l. categor. c. 12.

VIII. Τὰ δὲ κατὰ τὸ βέλτιον καὶ τιμιώτερον, quædam ſecundum id, quod eſt melius ac præſtantius. Ibid.

## Τμῆμα III. De Cauſa & Cauſato.

I. Αἴτιον ἐστὶ δι' ὃ συμβαίνει τι, i.e. Cauſa eſt, per quam aliquid fit. Plutarch. l. 1. de placit. 11.

II. Ὥσπερ ὂν τὸ μὲν καθ' αὑτό, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκός, οὕτω καὶ αἴτιον ἐνδέχεται εἶναι, i.e. ſicut Ens eſt aliud per ſe, aliud per accidens: ita etiam cauſa poteſt eſſe l. 9. met. c. 10. l. 2. ἀκρ. c. 5. lib. de Som: & vigil. 2.

III. Καθ' αὑτὸ αἴτιον ὡρισμένον ἐστί, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκός, ἀόριστον, i.e. Cauſa per ſe eſt determinata. Cauſa verò per accidens eſt indeterminata l. 2. ἀκρ. 5.

IV. Ὑπόκεινται δὲ αἰτίαι τέσσαρες, i.e. ponuntur autem quatuor cauſæ: Materia, Forma, Efficiens & Finis l. 5. met. c. 2. l. 12. met. c. 14. l. 2. ἀκρ. 3. l. de gen. animal. c. 1. l. 2. poſt. c. 11.

V. Τῶν αἰτιῶν αἱ μὲν ἐνυπάρχουσαί εἰσιν, αἱ δὲ ἐκτός, i.e. Cauſarum quædam ſunt internæ (materia & forma) quædam verò externæ (Efficiens & Finis) lib. 5. met. c. 1.

VI. Ἡ ὕλη ἐστὶν αἴτιον ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος· οἷον ὁ ἄργυρος τῆς φιάλης, i.e. Materia eſt cauſa, ex quâ inexiſtente aliquid fit: ut argentum eſt materia pateræ l. 5. met. c. 2. l. 2. ἀκρ. 3.

VII. Ὕλη ἡ μὲν αἰσθητή ἐστιν, ἡ δὲ νοητή, i.e. materia alia eſt ſenſibilis, alia intelligibilis. l. 7. met. c. 10.

VIII. Τὸ εἶδος ἐστὶ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι, i.e. Forma eſt ratio ejus, quod quid eſt l. 5 met. 2. l. 2. ἀκρ. c. 3.

XI. Αἴτιον τὸ ποιοῦν ἐστίν, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη ἢ τῆς ἠρεμήσεως· οἷον ὁ πατὴρ τοῦ τέκνου i.e. Cauſa efficiens eſt illud, à quo primum mutationis aut quietis principium eſt, ut Pater reſpectu Filii l. 2. ἀκρ. 3. l. 5. metap. c. 2.

X. Cauſa Efficiens eſt 1. πρωτάτη ἢ δευτέρα, prima vel ſecunda 2. κύριον αἴτιον ἢ συναίτιον, principalis vel minus principalis ſive adjudrix 3. ὁλικὴ ἢ μερικὴ, totalis vel partialis 4. γεννητικὴ ἢ φυλακτική, procreans vel conſervans, 5. προκαταρκτικὴ ἢ προηγουμένη, exterius movens vel intus irritans: 6. ὀργανικὴ ἄψυχος ἢ ἔμψυχος, inſtrumentalis inanimata vel animata. 7. κατὰ φύσιν, ἢ κατὰ προαίρεσιν naturalis vel voluntaria ſive libera 8. ὁμοειδὴς ἢ ἑτεροειδής, univoca vel æquivoca.

XI. Τὸ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0015-7

XI. Τὸ τέλος ἐστὶ τὸ οὗ ἕνεκα, οἷον τοῦ περιπατεῖν ἡ ὑγίεια. id eſt Finis eſt id, cujus gratia res eſt: ut ambulationis finis eſt ſanitas lib. 5. metap. c. 2.

XII. Τὸ οὗ ἕνεκα διττόν· τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ i. e. Finis eſt duplex: Finis cujus & cui l. 2. de An: c. 4.

XIII. Τῶν τελῶν τὸ μὲν τέλειον, τὸ δὲ ἀτελές, Finis alius eſt perfectus, alius imperfectus l. 1. m. mor: c. 2.

XIV. Τέλος τέλειόν ἐστιν, οὗ παραγενομένου μηδενὸς ἔτι προσδεόμεθα id eſt, finis perfectus eſt, qvo acqviſito nullâ re amplius nobis opus eſt. Ibid.

XV. Τὸ τέλος ἀτελές ἐστιν, οὗ παραγενομένου προσδεόμεθά τινος id eſt, finis imperfectus eſt, qvo acqviſito aliâ adhuc re opus habemus. d. l.

XVI. Τῶν τελῶν τὰ μὲν εἰσιν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρὰ ταύτας ἔργα τινά id eſt, Fines alii ſunt operationes, alii præter has opera qvædam ſunt l. 1. ad Nicom. c. 1.

Πόρισμα I. εἰ τὸ αἴτιον ὑπάρχει, ἅμα καὶ τὸ αἰτιατὸν id eſt ſi cauſa ſit, ſimul etiam effectus erit l. 2. poſt. c. 14. & 16. vel ut lib. 2. Rhetor. c. 22. Ἅμα τὸ αἴτιον καὶ οὗ αἴτιον id eſt Cauſa & cauſatum (relatè ſumta) ſunt ſimul.

II. Τὸ αἴτιον πρότερον οὗ αἴτιον id eſt Cauſa prior eſt (prioritate naturæ) eo cujus eſt cauſa l. 2. poſt. c. 14.

III. Πάντα αἴτια ἀρχαί Omnes cauſæ ſunt principia lib. 5. met. c. 2. ſed non vice verſâ.

IV. Συμβαίνει πολλαχῶς λεγομένων τῶν αἰτίων καὶ πολλὰ τοῦ αὐτοῦ αἰτιατοῦ αἴτια εἶναι, οὐ κατὰ συμβεβηκός i. e. Cum cauſæ multis modis dicantur, accidit, ut ejuſdem effectus cauſæ plures ſint, non per accidens l. 5. met. c. 2. & l. 2. ἀκρ. c. 3.

V. Ἔστι δὲ τινὰ καὶ ἀλλήλων αἴτια, οἷον τὸ πονεῖν τῆς εὐεξίας, καὶ αὕτη τοῦ πονεῖν· ἀλλ᾽ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς τέλος, τὸ δὲ ὡς ἀρχὴ κινήσεως id eſt qvædam ſibi invicem ſunt cauſæ, ut labor eſt cauſa firmæ conſtitutionis corporis & hæc eſt cauſa laboris, ſed non eodem modo ſive non in eodem genere cauſæ: verum hoc tanqvam finis, illud verò tanqvam efficiens. d. l.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0016-3

VI. Τὸ αὐτὸ τῶν ἐναντίων ἐστὶν αἴτιον, i.e. *Una & eadem cauſa poteſt eſſe contrariorum lib. 5. met. c. 2. & lib. 2.* ἀκρ. *c. 3.*

VII. Δεῖ ἀεὶ τὸ αἴτιον ἑκάστου ἀκρότατον ζητεῖν, *Uniuscujusq; effectus cauſam ſummam qværere oportet l. 2.* ἀκρ. *c. 3. text. 38.*

VIII. οὐ παντὸς ἡ ὕλη ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅσων γένεσις ἐστι καὶ μεταβολὴ εἰς ἄλληλα, ὅσα δὲ ἄνευ τοῦ μεταβάλλειν, οὐκ ἐστι τούτων ὕλη, *i. e. non omnium eſt materia, ſed qvorum generatio & transmutatio invicem eſt, qvæcunq; verò non transmutatur, illorum non eſt materia l. 2. met. c. 5.*

IX. Ἡ ὕλη οὐ ποιεῖ διαφορὰν *i. e. materia non conſtituit differentiam l. 10. met. c. 9.*

X. Τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἀεὶ τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν *i. e. Idem eodem modo ſe habens ſemper idem facere aptum eſt l. 2. de gen. anim. t. 56.*

XI. Τὸ ἕνεκά τινος ἐν τοῖς τῆς φύσεως ἔργοις, *i. e. in naturæ operibus datur finis l. 1. de part. anim. c. 5. Ex hoc illud. Omnia agunt propter finem.*

XII. Τοῦ τέλους ἕνεκα γίνεται καὶ ἐστιν ἕκαστον *Finis gratiâ res qvælibet & gignitur & eſt l. 1. de part. anim. c. 1.*

XIII. Τὸ τέλος οὗ ἕνεκα συνέστηκεν ἢ γέγονε τί, τὴν τοῦ καλοῦ χώραν εἴληφεν, *i. e. Finis, cujus gratiâ aliqvid conſtat vel conditum eſt, boni obtinet rationem, l. 1. de part. anim. c. 5. Vel clarius:* τὸ τέλος ἐστιν ἀγαθὸν *i. e. Finis eſt bonum qvid l. 1. Ethic. c. 1. l. 5. met. c. 2. l. 2.* ἀκρ. *c. 2. Verum* διαφερέτω μηδὲν *(inqvit Ariſtot. d. l.)* τέλος εἰπεῖν ἀγαθὸν, ἢ φαινόμενον ἀγαθόν.

XIV. Ἁπλῶς ἀεὶ καθόλου τοῦτο βέλτιον, οὗ ἕνεκεν ἄλλα *i. e. In univerſum ſemper id melius eſt, cujus gratiâ ſunt alia l. 1. magn. mor. c. 2. ſive qvod idem:* τὸ τέλος τῶν πρὸς τὸ τέλος αἱρετώτερον δοκεῖ εἶναι, *i. e. Finis iis, qvæ ad finem ducunt, eligibilior eſſe videtur l. 3. Top. 1.*

XV. Ὧν εἰσὶ τέλη παρὰ τὰς πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα *l. 1. Ethic. c. 1. Finis, qvi eſt opus, melior eſt fine, qvi eſt operatio. l. 1. ad Nicom. c. 1.*

XVI. οὐ πᾶν ἔσχατον ἐστι τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον, *Non omne ultimum eſt finis, ſed qvod optimum l. 2.* ἀκρ. *c. 2.*

XVII. Βουλευόμεθα οὐ περὶ τῶν τελῶν, *de finibus non conſultamus lib. 3. Eth. c. 5.*

## Τμῆμα IV.

## De Neceſſario & Contingenti.

I. NEceſſarium dicitur (α) οὗ ἄνευ οὐκ ἐνδέχεται ζῆν ὡς συναιτίου· οἷον τὸ ἀναπνεῖν καὶ ἡ τροφὴ τῷ ζώῳ ἀναγκαῖον· ἀδύνατον γὰρ ἄνευ τούτου εἶναι, *Sine quo non contingit vivere, tanquam concauſâ: ut reſpirare & alimentum animali eſt neceſſarium l.5. met: c.5.*

*II.* (β) οὗ ἄνευ τὸ ἀγαθὸν μὴ ἐνδέχεται ἢ εἶναι, ἢ γίνεσθαι· οἷον τὸ πίνειν τὸ φάρμακον ἀναγκαῖον, ἵνα μὴ κάμνῃ *i.e. ſine quo bonum non contingit aut eſſe, ant fieri: ut bibere potionem medicam, neceſſarium eſt, ut non ægrotet. Ibid.*

III. (γ) τὸ βίαιον, violentum. Ibid.

IV. (δ) τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν i.e. quod non poteſt ſe aliter habere, ibid. Et. l.4. met. c,5.

*V.* Τὸ ἀναγκαῖον οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως καὶ ἄλλως ἔχειν· ὥς εἴ τι ἐστιν ἐξ ἀνάγκης, οὐχ ἕξει οὕτω τε καὶ οὐχ οὕτω i. e. Neceſſarium non contingit aliter atq; aliter ſeſe habere. Quare, ſi quid neceſſarium eſt, non habebit ſe ſic & non ſic. Ibid:

*VI.* Τὸ δὲ πρῶτον καὶ κυρίως ἀναγκαῖον ἁπλοῦν ἐστι, τοῦτο γὰρ οὐκ ἐνδέχεται πλεοναχῶς ἔχειν· ὥς οὐδὲ ἄλλως καὶ ἄλλως· ἤδη γὰρ πλεοναχῶς ἂν ἔχοι i.e. *primum autem & propriè neceſſarium eſt, quod ſimplex eſt: hoc enim non poteſt multipliciter ſe habere, quapropter nec aliter atq; aliter: ita enim multipliciter ſe haberet l.5. met: c.5.*

*VII.* Ἡ ἀνάγκη διττή· ἡ μὲν κατὰ φύσιν καὶ ὁρμήν· ἡ δὲ βίαια καὶ παρὰ τὴν ὁρμήν· ὥσπερ ὁ λίθος ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄνω καὶ κάτω φέρεται, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν αὐτὴν ἀνάγκην i. e. Neceſsitas eſt duplex alia eſt ſecundum naturam & inſitam rebus propenſionem: alia eſt violenta & naturvali rerum inclinationi contraria, ut: lapis ex neceſsitate & ſurſum & deorſum fertur, ſed non ob eandem neceſsitatem l.2. poſt. c.12. par. 10.

*VIII.* Neceſsiſas alia eſt ἐξ ὑποθέσεως, alia ἁπλῶς ita dicta l.2. ἀκρ. c.9

IX. Λέγω δὲ ἐνδέχεσθαι καὶ ἐνδεχόμενον, οὗ μὴ ὄντος ἀναγκαίου, τεθέντος δὲ ὑπάρχειν, οὐδὲν ἔσται διὰ τοῦτ' ἀδύνατον i.e. contingere ſive contingens dico, quod cum non ſit neceſſarium, ſi tamen ponatur in eſſe, nihil ſequitur impoßibile. lib.1. prior. c.12. Hoc eſt: Contingens eſt cui & neceſsitas & impoſsibilitas eſt derogata.

X. Τὸ

X. Τὸ ἐνδέχεσθαι κατὰ δύο λέγεται τρόπους· ἕνα μὲν τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνεσθαι καὶ διαλείπειν, τὸ ἀναγκαῖον· οἷον τὸ πολιοῦσθαι ἄνθρωπον i. e. *Contingens duobus modis uſurpatur: Vno modo pro eo, quod ut plurimum fit & â neceſſario deficit: ut hominem caneſcere.*

XI. Ἄλλον δὲ τρόπον τὸ ἀόριστον, ὃ καὶ οὕτως καὶ μὴ οὕτως δυνατόν· οἷον τὸ ζῶον βαδίζειν i.e. *Altero modo contingens dicitur, quod incertum & indefinitum eſt, quodq; ita & ſecus evenire poteſt, ut animal incedere. Ibid.*

## ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Τὸ εἶναι τὸ ὄν, ὅταν ᾖ, καὶ τὸ μὴ ὄν, μὴ εἶναι, ὅταν μὴ ᾖ, ἀνάγκη i.e. *quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe & quod non eſt, quando non eſt, neceſſe eſt non eſſe lib.* περὶ ἑρμ: *c.7.par.12.*

II. Τὸ ἐξ ἀνάγκης οὐ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς κατὰ φύσιν ὁμοίως i.e. *Neceſſitas non æque omnibus rebus naturalibus ineſt lib.1. de part. anim.c.1*

III. Τὸ ἀναγκαῖον ὑπάρχει ἁπλῶς τοῖς ἀϊδίοις, τὸ δὲ ἐξ ὑποθέσεως τοῖς ἐν γενέσει πᾶσιν i. e. *Neceſſitas ineſt quidem rebus æternis ſimplici & abſolutâ ratione: ſed caducis gignendisq; omnibus ex ſuppoſitione tribuitur. Ibid.*

# CAP. V.

# De Attributis Entis Disjunctis Mediatis.

## Τμῆμα I.

## De Eodem & Diverſo.

I. Ταὐτὰ λέγεται τὰ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς οἷον ἄνθρωπος καὶ μουσικὸν ταὐτό, ὅτι θάτερον θατέρῳ συμβέβηκε i.e. *Eadem quædam per accidens dicuntur, ut homo & muſicum, quia alterum alteri accidit.*

II. Τὰ δὲ καθ' αὑτὰ λέγεται ταὐτὰ ὥσπερ καὶ τὸ ἕν· i.e. *quædam per ſe dicuntur eadem, ſicuti etiam Vnum l.2.met: c.9.*

III Ταὐτὸ τριχῇ διαιρεῖται· ἢ γὰρ ἀριθμῷ, ἢ εἴδει ἢ γένει τὸ ταὐτὸν εἰώθαμεν προσαγορεύειν i.e. *Idem (per ſe) tripartitò dividitur: aut enim numero, aut ſpecie aut genere eadem ſunt. l.5.met.c.& l.1 Top.c.6.& 7.*

IV. Ἀριθμῷ μὲν ταὐτά ἐστι, ὧν ὀνόματα πλείω, τὸ δὲ πρᾶγμα ἕν· οἷον λώπιον καὶ ἱμάτιον i.e. *Numero eadem ſunt, quorum nomina plura, res verò una eſt, ut veſtimentum & veſtis l.1.Top.c. 6.& 7.*

*V.* Εἴδει δὲ ταὐτὰ, ὅσα πλείω ὄντα διάφορα κατὰ τὸ εἶδος ἐστι· Καθάπερ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ i.e. *Specie v. eadem ſunt illa, quæ multa ſunt illa, nec differunt ſpecie ut duo homines. Vel :* τοιαῦτα τῷ εἴδει λέγεται, ταυτὰ, ὅσα ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἐστιν. *Ibid Damaſcen: l. 48. Dialect: Una voce* ὁμοειδῆ *dicuntur & definiuntur:* Ὁμοειδῆ εἰσίν, ὅσα ὑπ' αὐτὸ εἶδος τάσσονται καὶ κοινωνοῦσι τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας, *i.e. eadem ſpecie ſunt, quæ coordinantur ſub unâ ſpecie & communicant definitione ejusdem.*

*VI.* Τῷ γένει ταὐτά ἐστιν, ὅσα ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ἐστιν, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος, *i.e. Eadem genere ſunt, quæ eidem generi ſubjiciuntur, ut homo & equus l. 1. Top: 6. De his Demaſcenus d. l.* ὁμογενῆ εἰσιν, ὅσα ὑπὸ τὴν αὐτὴν κατηγορίαν τάσσονται, *eadem genere ſunt, quæ coordiantur ſub uno prædicamento.*

*VII. Quædam etiam* ἀναλογίᾳ *ſunt eadem, quæ nimirum conveniunt in uno prædicato ſecundum proportionem.*

*VII.* Ἡ ταὐτότης ἐστιν ἑνότης τις τοῦ εἶναι *i.e. Identitas eſt unitas quædam ipſius eſſe l. 5. met. c. 9.*

*XI.* Τῷ ταὐτῷ ἀντικειμένως λέγεται τὸ ἕτερον, *i.e. Eidem opponitur diverſum 1. Topic. 6. Oppoſitorum autem eadem eſt ratio. 8. Top. c. 1.*

## ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

*I.* Πᾶν πρὸς ἅπαν ἢ ταὐτὸ, ἢ ἄλλο *Omne ad omne aut idem aut aliud eſt l. 10. met. c. 3. & cap. 9. d. l.* πᾶν ἢ ταὐτὸ ἢ ἕτερον ὅτι ἂν ᾖ ὄν *i.e. Omne quodcunq; ſit Ens, aut idem eſt aut diverſum.*

*II.* Τὰ εἴδει ἢ γένει ταὐτὰ οὐκ ἀνάγκη ἀριθμῷ ταὐτὰ εἶναι *i.e. quæ ſpecie vel genere ſunt eadem, non neceſſe eſt etiam numero eſſe eadem 7. Top. c. 1.*

*III* Τὰ εἴδει ταὐτὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ γένει, *i.e. quæ ſpecie ſunt eadem, in eodem quoq; genere ſunt lib. 10. met. 3.*

*IV.* Ἀνάγκη ἐν γένει τῷ αὐτῷ εἶναι τὰ ἕτερα τῷ εἴδει, *i.e. Neceſſe eſt in eodem genere eſſe, quæ ſpecie ſunt diverſa l. 10. met c. 9.*

*V.* Τὰ ἑνὶ καὶ ταὐτῷ ταὐτὰ, καὶ ἀλλήλοις ἀξιοῦμεν εἶναι ταὐτὰ, *i.e. Quæ uni & eidem ſunt eadem, etiam inter ſe poſtulamus eſſe eadem l. Elench. c. 6. t. 8.*

*VI.* Ὅσα ἁπλῶς ταὐτὰ, καὶ αἱ γενέσεις αὐτῶν καὶ αἱ φθοραὶ αὐταί *i.e. Quæ ſimpliciter eadem ſunt, eorum quoq; ortus & interitus ſunt iidem 7. Top. 1.*

Τμῆμα

# De Oppoſitis, quæ reſpectu diverſorum dicuntur.

I. ΟΣα μὴ ἐνδέχεται ἅμα παρεῖναι τῷ ἀμφοῖν δεκτικῷ ταῦτα ἀντικεῖσθαι λέγεται *i.e. quæcunq; ſuſceptivo amborum non contingit ſimul adeſſe, hæc opponi dicuntur l. 5. met. c. 10.*

*II.* λέγεται δὲ ἕτερον ἑτέρῳ ἀντικεῖσθαι τετραχῶς· ἢ ὡς τὰ πρός τι, ἢ ὡς τὰ ἐναντία, ἢ ὡς στέρησις καὶ ἕξις, ἢ ὡς ἀντίφασις *i.e. dicitur alterum alteri opponi quadriſariam: vel ut relativa, vel ut contraria, vel ut habitus & privatio, vel ut contradictio. Ibid & lib.* Categor. c. 10.

*III.* Ὅσα ὡς τὰ πρός τι ἀντίκειται, αὐτὰ ἅπερ ἐστὶ τῶν ἀντικειμένων λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς αὐτά *i.e. quæ ut relata opponuntur, ea id ipſum quod ſunt, oppoſitorum eſſe dicuntur, aut quomodocunq; aliter ad ea referuntur lib* Categor. c. 10.

*IV.* Τὰ ἐναντία ἐστὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων διεστηκότα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει *i.e. Contraria ſunt, quæ ſub eodem genere poſita, inter ſe, (ratione eſſentiæ) maximè diſtant Ibid. c. 6. parag. 24.*

*V. Suntq; vel* ἔμμεσα, *mediata,* ὧν ἀνὰ μέσον ἐστι, *inter quæ medium datur, & quorum alterum non neceſſe eſt ineſſe ſubjecto* δεκτικῷ *Vel* ἄμεσα *immediata,* ὧν οὐδὲν ἐστιν ἀνὰ μέσον, καὶ ὧν ἀναγκαῖον θάτερον ὑπάρχειν ἀεὶ ἐν οἷς πέφυκε γίνεσθαι *i. e. inter quæ nullum datur medium & quorum alterum neceſſe eſt ineſſe iis, in quibus fieri aptum eſt, l.* Categ: c. 10.

*VI.* Ἕξις ἐστὶν παρουσία τοῦ εἴδους ἐν ὑποκειμένῳ πεφυκότι *i.e. habitus eſt præſentia formæ in ſubjecto capaci.*

*VII.* Στέρησις ἐστὶν ἀπουσία τοῦ εἴδους ἐν τῷ ὑποκειμένῳ πεφυκότι *i.e. Privatio eſt abſentia formæ in ſubjecto capaci.*

*VIII.* Ἀντίφασις ἐστὶν ἀντίθεσις, ἧς οὐκ ἐστι μεταξὺ καθ᾽ αὑτήν *i.e.* Contradictio *eſt oppoſitio, cujus nullum, eſt medium per ſe l. 1. poſt cap. 2.*

## ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Ἀντικειμένου ὁ ἀντικείμενος ἐστι λόγος i. e. Oppoſiti oppoſita *eſt ratio lib. 6. Topic: c. 9.*

*II.* Εἰ τοῦτο πλεοναχῶς λέγεται, καὶ τὸ τούτῳ ἀντικείμενον πλεοναχῶς ῥηθήσεται *lib. 5.* Top. 13.

Qvod communiter ita effertur: qvot modis dicitur unum oppoſitorum, tot etiam alterum.

III. ὐκ ἐνδέχεται τἀναντία ἅμα ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ, i. e. Contraria eidem ſimul ineſſe non contingit l. 4. met. c. 6. Et paulò poſt: Ἀδύνατον ἐστι τὰ ἐναντία ἅμα τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν. Ita etiam l. 2. Top. c. 22. Item l. 9. met. c. 2, l. de ſenſu & ſenſib. c. 7.

IV. Φθαρτικὰ ἀλλήλων τὰ ἐναντία, i. e. Contraria ſui invicem perimendi vim habent l. 1. ἀκρ. c. ult id qvod lib. de long. & brev. vitæ ita proponitur: Ἀναιρεῖται τὰ ἐναντία ὑπ' ἀλλήλων, i. e. Contraria â ſe mutuo tolluntur.

V. Πάσχει καὶ ποιεῖ τἀναντία ὑπ' ἀλλήλων καὶ φθαρτικὰ ἀλλήλων ἐστι, i. e. Patiuntur & agunt inter ſe contraria, mutuoq; â ſe corrumpuntur l. 2. de Cœlo c. 3. text. 20.

VI. Τὰ ἐναντία ἐν τῷ αὐτῷ γένει, i. e. Contraria ſunt in eodem (ſi non proximo, tamen remoto) genere 3. Rhetor. 2.

VII. Τὰ ἐναντία ἕτερα τῷ εἴδει ἀλλήλων ἢ πάντα, ἢ τὰ λεγόμενα πρώτως, i. e. Contraria diverſa ſunt invicem ſpecie, aut omnia, aut qvæ primò dicuntur l. 5. met. c. 10.

VIII. Τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, i. e. Contrariorum eadem eſt ſcientia l. 4. met. c. 2. l. 8. Topic. c. 1. Section. 30. probl. qvæſt. 8.

IX. Τὰ ἐναντία παράλληλα μάλιστα φαίνεται, i. e. Contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt. 3. Rhetor. c. 2.

X. Ἓν ἑνὶ ἐναντίον, i. e. Unum uni eſt contrarium l. 3. metap. c. 2. Et lib. 10. met. c. 4. & 5. Φανερὸν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ἑνὶ πλείω ἐναντία εἶναι, i. e. manifeſtum eſt, qvod non contingat uni plura contraria eſſe.

XI. Στέρησις καὶ ἕξις λέγεται περὶ ταὐτόν τι, habitus & privatio ſunt circa idem l. categ. c. 10.

XII. Ἀπὸ τῆς ἕξεως ἐπὶ τὴν στέρησιν γίνεται μεταβολή, ἀπὸ δὲ τῆς στερήσεως ἐπὶ τὴν ἕξιν ἀδύνατον, i. e. Ab habitu ad privationem fit regreſſus; â privatione (totali) verò ad habitum (per naturam) eſt impoſsibile l. Categ. c. 10.

XIII. Ἀντιφάσεως μηδὲν ἐστι μεταξύ, τῶν δὲ ἐναντίων ἐνδέχεται, i. e. Contradictionis nullum eſt medium, Contrariorum a. contingit eſſe lib. 10. met. c. 4.

XIV.

XIV. Ἀδύνατον τὴν ἀντίφασιν ἀληθεύειν ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ, i.e. impoſſibile eſt contradictionem ſimul de eodem verificari lib. 4. metap. c. 6.

## Τμῆμα III.

## De Toto & Partibus.

I. Ὅλον λέγεται οὗ μηδὲν ἄπεστι μέρος, ἐξ ὧν λέγεται τὸ ὅλον φύσει καὶ τὸ περιέχον τὰ περιεχόμενα ὥστε ἕν τι εἶναι ἐκεῖνα, i.e. Totum dicitur, cujus nulla pars eorum abeſt, ex qvibus Totum naturâ nominatur, & qvod ita continet ea, qvæ continentur, ut illa ſint unum l. 5. met. c. 26.

II. Ὅλον οὐσιῶδες ἐστὶ τὸ σύνθετον ἐκ τῆς ὕλης καὶ τῆς μορφῆς, i.e. Totũ eſſentiale eſt, quod compoſitum eſt ex materia & forma (eſſentiali) l. 5. met. 24.

III. Τὸ συνεχὲς ὅλον ἐστὶν ἕν τι ἐκ πλειόνων ἐνυπαρχόντων, i.e. totum Continuum ſive integrale eſt unum qvid è pluribus inſitis l. 5. metap. c. 26. Dicitur etiam ὅλον σύνολον.

IV. Ὅλον καθόλου ἐστὶ τὸ περιέχον τὰ πολλὰ τῷ κατηγορεῖσθαι καθ' ἑκάστου, i.e. Totum univerſale eſt, qvod continet multa, propterea, qvia de ſingulis prædicatur Ibid. Et lib. 1. ἀκρ. c. 1. ὅλον καθόλου πολλὰ περιλαμβάνει ὡς τὰ μέρη, i.e. Totum univerſale eſt, qvod multa, tanqvam partes complectitur.

V. Μέρος λέγεται ἕνα μὲν τρόπον εἰς ὃ διαιρεθείη τὸ ποσὸν ὁπωσοῦν· ἀεὶ γὰρ τὸ ἀφαιρούμενον τοῦ ποσοῦ, ᾗ ποσὸν, μέρος λέγεται ἐκείνου i.e. Pars dicitur uno qvidem modo, in qvod qvantum qvoqvo modo dividi poteſt: ſemper enim qvod à qvanto, qvatenus qvantum, aufertur, pars illius dicitur. l. 5. metap. c. 25.

VI. Ἄλλον δὲ τρόπον, εἰς ἃ τὸ εἶδος διαιρεθείη ἄνευ τοῦ ποσοῦ, i.e. alio verò modo, in qvæ ſpecies abſq; qvanto dividi poteſt. Ibid.

VII. Ἔτι τὰ ἐν τῷ λόγῳ τῷ δηλοῦντι ἕκαστον καὶ ταῦτα μόρια τοῦ ὅλου. διὸ καὶ τὸ γένος τοῦ εἴδους μέρος λέγεται, i.e. Item (partes dicuntur) qvæ in ratione unumqvodq; explicante ſunt, hæc qvoq; partes totius dicuntur, ideo genus etiam pars ſpeciei dicitur. Ibid.

VIII. Ἔτι τὰ εἴδη τοῦ γένους ἐστὶ μέρη i.e. item ſpecies ſunt partes generis v.g: animalis partes ſunt homo, leo, canis, &c. Ibid.

*IX.* Ἔτι μόρια λέγεται, εἰς ἃ διαιρεῖταί τι, ἢ ἐξ ὧν σύγκειται τὸ ὅλον i. e. *Item ( & propriiſsimè ) partes dicuntur, in qvas aliqvid dividitur, aut ex qvibus totum componitur ibid.*

*X.* Τῶν μορίων τὰ μὲν ἐστιν ὁμοιομερῆ, τὰ δὲ ἀνομοιομερῆ i. e. *Partes aliæ ſunt ſimilares, aliæ diſsimilares lib. 1. de hiſtor. anim. c. 1.*

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Τοῦ ὅλου μηθὲν ἔξω i. e. *Totius nihil eſt extra lib. 3. ἀκρ. c. 6.*

II. Τὸ μέρος ἐν τῷ ὅλῳ, καὶ τὸ ὅλον ἐν τοῖς μέρεσι, i. e. *Pars eſt in toto & totum eſt in partibus l. 4. ἀκρ. c. 9. text. 23.*

III. Τὸ ὅλον οὐκ ἐστι παρὰ τὰ μέρη i. e. *Totum non eſt præter partes. ibid.*

IV. Τὰ μέρη καὶ τὸ ὅλον ταὐτά εἰσι i. e. *Partes (ſimul ſumptæ & unitæ) & totum idem ſunt. Section. 16. probl. qveſt. 7.*

*V.* Ἐν οἷς τὰ μέρη καὶ τὸ ὅλον ἀνάγκη ὑπάρχειν i. e. *in qvibus partes (omnes) inſunt, neceſſe eſt etiam totum ineſse 6. Topic. 13.*

*VI.* Ὅλου φθαρέντος οὐκ ἀνάγκη καὶ τὰ μέρη ἐφθάρθαι i. e. *Toto interempto non neceſſe eſt etiam partes interiiſſe ibid.*

*VII.* Μερῶν φθαρέντων φθείρεται τὸ ὅλον i. e. *partibus interemptis totum interit. Ibid.*

## Τμῆμα IV.

## De Univerſali & Singulari.

*I.* Τῶν πραγμάτων ἐστὶ τὰ μὲν καθόλου, τὰ δὲ καθ᾽ ἕκαστα, i. e. *Res qvædam ſunt univerſales, qvædam verò ſingulares lib. περὶ ἑρμ. c. 2. par 1.*

II. Καθόλου λέγεται, ὃ ἐπὶ πλειόνων πέφυκε κατηγορεῖσθαι, i. e. *Univerſale dicitur, qvod aptum natum eſt de pluribus prædicari. Ibid. Et lib. 1. de part. anim. c. 4.* Τὰ πλείοσιν ὑπάρχοντα καθόλου λέγομεν i. e. *qvæ pluribus in ſunt, illa Univerſalia appellamus.*

III. Καθέκαστον δε, ὃ μὴ ἐπὶ πλειόνων πέφυκε κατηγορεῖσθαι, i. e. *Singulare eſt, qvod non aptum natum eſt de pluribus prædicari l. περ. ἑρμ. c 7.*

IV. *Eſt autem* τὸ καθόλου *potiſsimum triplex.* (1.) πρὸ πολλῶν (ἀτόμων) *ante multa (individua) qvod Platoni fuerunt* οὐσίαι ἀρχέτυποι *ſive* ἰδέαι *i. e. univerſales qvædam naturæ & eſſentiæ rerum ſingularium, ſeparatim extra mentē ſubſiſtentes. Hujusmodi autem univerſalia in rerum naturâ non dantur, & â Philoſopho l. 1. poſt. c. 32.* τερετίσματα *appellātur.* (2) ἐν πολλοῖς, *in multis ſc. ſingularibus, qvod eſt natura pluribus ſingularibus communis & revera extra*

intel-

intellectum in ſingularibus exiſtens. Et hoc Univerſale jam eſt definitum 3. μετὰ τὰ πολλὰ poſt multa; qvod eſt conceptus mentis, repræſentans naturam pluribus ſingularibus communem extra mentem poſitam.

V. Notæ characteriſticæ τοῦ καθόλου ſunt: 1.eſſe ποιόν τι, qvale qvid: 2.eſſe ἀεὶ ſemper: & 3.eſſe πανταχοῦ ubiq; Τοῦ καθέκαστον verò notæ ſunt: 1.eſſe τόδε τι, hoc aliqvid ab aliis diſtinctum: 2. eſſe ποῦ, in certo loco: & 3. eſſe νῦν, nunc, hoc tempore. l.1.poſt. anal.c.13.

## ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Ὅσα καθόλου ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει τοῖς πράγμασι, i.e. qvæcunq; ſunt univerſalia, neceſſariò inſunt rebus l. 1. poſt. c.4.

II. Τὸ καθόλου, οὐκ ἐστι τόδε, οὐδὲ νῦν. Univerſale non eſt hoc aliqvid, neq; nunc l. 1. poſt. c. 31. par. 1.

III. Τὸ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ καθόλου φάμεν εἶναι, i. e. Qvod ſemper & ubiq; eſt, id dicimus eſſe Univerſale. Ibidem.

## Τμῆμα V.

## DE MENSURA & Menſurato.

I. Τὸ μέτρον ἐστιν ᾧ τὸ ποσὸν γινώσκεται, i. e. Menſura eſt id, qvo qvantum (latè ſumtum) cognoſcitur lib. 10. metap. c. 1.

II. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις λέγεται μέτρον, ᾧ πρώτῳ τὸ ἕκαστον γινώσκεται, i.e. in aliis etiam id dicitur menſura, qvo primùm unumqvodq;, cognoſcitur. Ibid.

III. Καὶ τὴν ἐπιστήμην καὶ αἴσθησιν μέτρον τῶν πραγμάτων λέγομεν, ὅτι γνωρίζομέν τι αὐταῖς, i. e. Scientiam qvoq; & ſenſum menſuram rerum eſſe dicimus, qvia iisdem aliqvid cognoſcimus. Ibid.

IV. Menſuratum dicitur, qvod normatur ab alio.

## ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Μάλιστα καὶ κυριώτατα τὸ μέτρῳ εἶναι πρῶτον ἑκάστου γένους, i. e. maximè & propriiſsimè de eſſentia menſuræ eſt, eſſe primum in unoqvoq; genere. Sive ut alii: Primum in unoqvoq; genere, eſt menſura reliqvorum. Ibid.

II. Τὸ μέτρον ἕν τι καὶ ἀδιαίρετον, i.e. Menſura eſt unum qvid & indiviſibile Ibid.

III. Τὸ μέτρον ἀεὶ συγγενὲς i.e. Menſura eſt homogenea menſurato. Ibid.

IV. Μέτρον κυριώτατον ἐστι τοῦ ποσοῦ, εἶτα καὶ ποιοῦ, i. e. Menſura propriiſsimè eſt qvantitatis, deinde etiam qvalitatis. Ibid.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0025-3

## Τμῆμα VI. De Perfecto & Imperfecto.

I. Τέλειον λέγεται (α) ὃ μὴ ἔστιν ἔξω τι λαβεῖν i.e. *Perfectum dicitur (primò) extra quod nihil licet accipere lib. 5. metap. c.16.* Et *lib. 2. de Cœlo c 4.* τὸ τέλειον ἐστιν, ὃ μηδὲν ἔξω τῶν αὐτοῦ λαβεῖν δυνατόν, *perfectum eſt id, extra quod nihil eorum, quæ ipſius ſunt, poſſibile eſt accipere.*

II. (β) Τὸ κατ' ἀρετὴν καὶ τὸ τοῦ εὖ μὴ ἔχον ὑπερβολὴν πρός τι γένος, οἷον τέλειος αὐλητής, *Quod ſecundum virtutem (generaliter acceptam) & ſecundum benè eſſe non habet exceſſum, ut perfectus tibicen. l. 5. metap. c. 6.*

III. Καὶ ἡ ἀρετὴ τελείωσις· ἕκαστον γὰρ τότε τέλειον, καὶ ἡ οὐσία πᾶσα τότε τελεία, ὅταν κατὰ τὸ εἶδος τῆς οἰκείας ἀρετῆς μηδὲν ἐλλείπῃ μόριον τοῦ κατὰ φύσιν μεγέθους i.e. *virtus quoq; perfectio quædam eſt: unumquodq; enim tunc perfectum eſt, & omnis ſubſtantia tunc perfecta, cùm ſecundum propriæ virtutis ſpeciem nulla deſit particula debitæ & naturalis magnitudinis. Ibid.*

IV. (γ) Οἷς ὑπάρχει τὸ τέλος σπουδαῖον, ταῦτα λέγεται τέλεια. κατὰ γὰρ τὸ ἔχειν τέλος τέλεια i.e. *Quibus finis ſtudioſus (ſtudio & labore dignus) eſt, ea perfecta dicuntur: Nam ſecundum quod habent finem, perfecta dicuntur. Ibid.*

V. Καθ' αὑτὰ οὖν τέλεια λέγεται, τῷ κατὰ τὸ εὖ μηδὲν ἐλλείπειν, μηδ' ἔχειν ὑπερβολὴν ἐν ἑκάστῳ γένει, μηδ' εἶναί τι ἔξω *i.e. Per ſe igitur perfecta dicuntur, eò, quòd ſecundum benè eſſe in nullo deficiant, nec habeant in aliquo genere exceſſum, nec ſit quicquam extra. Ibid. Imperfectum autem quid ſit, ex jamdictis facilè intelligitur.*

Πόρισμα· Τὸ τέλειον καὶ τὸ ὅλον ἢ ταὐτὸ πάμπαν, ἢ σύνεγγυς τῇ φύσει *i.e. Perfectum & totum aut idem penitus aut proxima natura ſunt, l. 3.* ἀκρ. *c. 6.*

# CAP. V.

## De Attributis Entis Accidentalibus.

### Τμῆμα I. De Subjecto & Adjuncto

I. Ὑποκείμενον τῷ προσκειμένῳ ὑπόκειται *i.e. Subjectum adjuncto adjicitur.*

II. *Eſtq; triplex:* (α) ὑποκείμενον δεκτικὸν ἢ μεταληπτικὸν *i.e. Subjectū recipiens l. 4.* ἀκρ. *c. 2. quod aliàs ſubjectum* ἐνυπάρξεως, *inhæſionis dicitur.*

(β) ὑποκείμενον πραγματικὸν, *ſive* ὑποκείμενον γενέσεως, *ſubjectū tractationis & generationis, quod l. 1. de a. c. 1.* ἀντικείμενον *ſive objectum dicitur.*

(γ) ὑποκείμενον κατηγορίας *i.e. ſubjectum prædicationis.*

III. πρὸς

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0026-8

III. Προσκείμενον τῷ ὑποκειμένῳ πρόσκειται i.e. adjunctum ſubjecto adjungitur.

## ΠΟΡΙ͂ΣΜΑΤΑ

I. Τὸ ὑποκείμενον πρότερον δοκεῖ τοῦ προσκειμένου εἶναι i.e. Subjectum prius eſt (prioritate naturæ) adjuncto l. 1. ἀκρ. c. 6.

II. Τὸ συμβεβηκὸς οὐ συμβεβηκότι συμβεβηκὸς, ἢ μὴ ὅτι ἄμφω συμβέβηκε ταὐτῷ i.e. Accidens non eſt accidentis accidens, niſi quatenus ambo accidant uni ſubjecto l. 3. metap. c 4.

III. οὐκ ἐνδέχεται ἐν ἑκάστῳ ἕκαστον ὑπάρχειν i. e. Non ſubſiſtit qvodvis in qvovis l. 1. ἀκρ. c. 4.

### Τμῆμα II. De Signo & Signato.

I. Τῶν σημείων τὸ μὲν καθόλου τὸ δὲ καθέκαστον i.e. aliud ſignum eſt univerſale, aliud verò particulare l. 1. Rhetor. c. 2.

II. Τῶν σημείων τὸ μὲν ἐστὶν ἀναγκαῖον, τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον i.e. ſignorum alia ſunt neceſſaria, alia verò non, Ibid.

III. Τὸ ἀναγκαῖον λέγεται τεκμήριον, τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον ἐστιν ἀνώνυμον κατὰ τὴν διαφορὰν i.e. ſignum neceſſarium, certum & infallibile dicitur: Non neceſſarium nomine, quo diſtingui poſſet, caret, & appellatur nomine generis, ſignum. Ibid.

IV. Ποιεῖ τῶν σημείων τὰ μὲν οἴεσθαι, τὰ δὲ εἰδέναι, quædam ſigna (ſcilicet non neceſſaria) efficiunt opinionem, quædam verò (ſcilicet neceſſaria) ſcientiam. lib: Rhetor: ad Alex:. c. 13.

V. Signatum eſt, quod per ſignum potentiæ cognoſcenti repræſentatur.

Πόρισμα: Κάλλιστον τῶν σημείων τὸ εἰδέναι ποιοῦν i.e. Signorum optimum eſt, quod ſcientiam parit. Ibid:

# PARS SPECIALIS.

## CAP. I.

## De Speciebus Entis analogicis, & in ſpecie de Subſtantia.

I. Τῶν ὄντων σημαίνει τὸ μὲν τί ἐστι, τὸ δὲ ποσὸν, τὸ δὲ ποιὸν ἢ τῶν ἄλλων ἕκαστον οὕτω κατηγορουμένων i.e. Entium aliud ſignificat quid eſt, aliud quantum, aliud quale, aut ſingula eorum, quæ ita prædicantur l. 7. met. c. 1. Quid autem in ſpecie quodlibet ſit, jam venit conſiderandum.

II. Τῶν ὄντων πρῶτον ὄν, τὸ τί ἐστιν, ὅπερ σημαίνει τὴν οὐσίαν i. e. Entium primum Ens eſt, ipſum quid eſt, quod ſubſtantiam ſignificat d: l.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0027-4

III. οὐσία ἐστὶ τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ ὄν, i.e. *Subſtantia eſt Ens, qvod non eſt in ſubjecto*

IV. *Eſtq́; ſingularis ſive Prima, vel Univerſalis, ſive Secunda.*

V. οὐσία ἡ κυριώτατά τε καὶ πρώτως καὶ μάλιστα λεγομένη ἐστιν, ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστι, i. e. *Subſtantia propriiſſimè, primùm & maximè ita dicta eſt, qvæ neq́; de ſubjecto aliqvo dicitur, neq́; in ſubjecto eſt l. categ. c. 5. Et l. 2. met. c. 8.* οὐσία λέγεται ὃ μηκέτι καθ' ἄλλου λέγεται, *Subſtantia (prima) dicitur, qvod de nullo alio prædicatur.*

VI. Δεύτεραι δὲ οὐσίαι λέγονται, ἐν οἷς εἴδεσιν αἱ πρώτως οὐσίαι λεγόμεναι ὑπάρχουσι, *Secundæ, v. ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, (& harum genera) in qvibus inſunt, qvæ primùm ſubſtantiæ dicuntur l. cat. 5. par. 2.*

VII. τῶν οὐσιῶν, ὅσαι φύσει συνεστᾶσι, αἱ μὲν ἀγέννητοι καὶ ἄφθαρτοι εἰσὶ τὸν ἅπαντα αἰῶνα, αἱ δὲ μετέχουσι γενέσεως καὶ φθορᾶς, *Subſtantiæ, qvæ naturâ conſtant, qvædam ſunt ingenerabiles & incoruptibiles omni tempore: qvædā verò ortus & interitus ſunt participes l. 1. de p. anim. c. 5.*

## ΠΟΡΙ΄ΣΜΑΤΑ

I. Μὴ οὐσῶν τῶν πρώτων οὐσιῶν, ἀδύνατον τῶν ἄλλων τί εἶναι, i. e. *ſublatis ſubſtantiis primis, nihil eſt reliqvum l. categ; c. 5.*

II. Κοινὸν κατὰ πάσης οὐσίας τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι, i. e. *Commune eſt omni ſubſtantiæ non eſſe in ſubjecto. Ibid.*

Ἐν δὲ ὑποκειμένῳ εἶναι λέγεται, ὃ ἔν τινι μὴ ὡς μέρος ὑπάρχει, ἀδύνατον χωρὶς εἶναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστίν, i. e. *in ſubjecto verò eſſe dicitur, qvod cum in aliqvo exiſtat, non tanqvā pars, non poteſt eſſe ſine eo, in qvo eſt l. Categ. c. 2.*

III. Μόνη ἡ οὐσία κατὰ μηθενὸς ἄλλου λέγεται ὑποκειμένου, τὰ δ' ἄλλα πάντα κατὰ τῆς οὐσίας, i. e. *Sola ſubſtantia (prima) de nullo alio dicitur ſubjecto, ſed alia omnia de ſubſtantiâ l. 1. ἀκρ. c. 7.*

IV Δοκεῖ ἡ οὐσία μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον i. e. *ſubſtantia (non* κατὰ βάθος, *ſed* κατὰ πλάτος *conſiderata) nōn recipit magis & minus l. Cat. c. 5. par. 20.*

V. Τῶν δευτέρων οὐσιῶν μᾶλλον οὐσία τὸ εἶδος τοῦ γένους ἐστιν· ἔγγυον γὰρ τῆς πρώτης οὐσίας ἐστίν, i. e. *inter ſubſtantias ſecundas ſpecies magis eſt ſubſtantia qvam genus, qvia proprior eſt primæ ſubſtantiæ. Ibid. parag. 6.*

VI. Πᾶσα οὐσία (πρώτη) δοκεῖ τόδε τι σημαίνειν *Omnis ſubſtantia prima videtur hoc aliqvid ſignificare d. l. par. 16.*

VII. ὑπάρ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0028-0

VII. ὑπάρχει ταῖς οὐσίαις τὸ μηδὲν αὐταῖς ἐναντίον εἶναι i. e. Subſtantiis nihil eſſe contrarium Ibid.

VIII. Μάλιστα ἴδιον τῆς οὐσίας δοκεῖ εἶναι, τὸ ταυτὸν, καὶ ἓν ἀριθμῷ ὂν κατὰ τὴν ἑαυτῆς μεταβολὴν τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικὴν i.e. maximè proprium ſubſtantiæ (corporeæ & ſublunari) eſt, ut una eademq; numero exiſtens, ſui mutatione ſeu alteratione contraria recipere poßit (niſi alterum inſit à naturâ) ibid.

## CAP. II.

# De Quanto.

I. Ποσὸν λέγεται τὸ διαιρετὸν εἰς ἐνυπάρχοντα, ὧν ἑκάτερον ἢ ἕκαστον ἕν τι καὶ τόδε τι πέφυκεν εἶναι i. e. Quantum dicitur, quod in inſita diviſibile, quorum utrumq; aut ſingula unum quid & hoc aliquid apta ſunt eſſe lib.5. metap: c.13.

II. Τοῦ ποσοῦ τὸ μὲν ἐστι διωρισμένον, τὸ δὲ συνεχὲς i. e. Quantum aliud eſt diſcretum, aliud continuum lib.categ. c.6 t.1.

III. Ποσὸν συνεχές ἐστιν, οὗ κοινὸς ἐστὶ ὅρος, πρὸς ὃν συνάπτει τὰ μόρια αὐτοῦ· οἷον γραμμὴ, ἐπιφάνεια, σῶμα ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα, τόπος καὶ χρόνος i.e. Quantum continuum eſt, cujus partes communi termino copulantur ut linea, ſuperficies, corpus, & propterea locus & tempus l. categ. c. 6. par. 2.

IV. Ἡ γραμμὴ ἐστι μῆκος ἀπλατές i.e. linea eſt longitudo ſine latitudine. Eucl: 1. Elem: def: 2. & 3. cujus tàm terminus communis quàm extrema ſunt στιγμαὶ, puncta. l. categ. c. 6 par. 5.

V. Ἐπιφάνειά ἐστι μῆκος καὶ πλάτος μόνον i.e. Superficies eſt longitudo & latitudo tantùm. Euclid. d. l. def. 5. Hujus terminus communis & extrema ſunt γράμμαι lineæ l. Categ. c. 6. par 7.

VI. Σῶμα ἐστι τὸ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος ἔχον, οὗ πέρας ἐπιφάνεια i.e. Corpus eſt, quod habet longitudinem latitudinem & profunditatem, cujus extremitas & terminus communis eſt ſuperficies idem Eucl l.11. def. 1. & 2.

VII. Τόπος ἐστι τοῦ περιέχοντος πέρας ἀκίνητον πρῶτον i. e. Locus eſt continentis corporis ſuperficies immobilis primò l.4. ἀκρ c.4.

VIII. Ὁ χρόνος ἐστιν ἀριθμὸς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον i. e. Tempus eſt numerus vel menſura motus ſecundum prius & poſterius l. 4. ἀκρ: c: 11.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-794585-p0029-8

IX. Διωρισμένον ποσόν ἐςι, οὗ οὐδείς ἐςι κοινὸς ὅρ☉, πρὸς ὃν συνάπτει τὰ μόρια αὐτοῦ, οἷον ὁ ἀριθμὸς καὶ λόγ☉, *diſcretum qvantum eſt, cujus nullus eſt communis terminus, ad qvem copulantur ejus partes, ut numerus & Oratio l. Categ. c. 6. par. 3.*

X. Ἀριθμὸς ἐςι τὸ ἐκ μονάδων συγκείμενον πλῆθ☉, *Numerus eſt ex unitatibus collecta multitudo, Eucl. 7. Elem. def. 2.*

*XI. Eſtq́ duplex*: ἀριθμὸς ᾧ ἀριθμοῦμεν, *numerus numerans*, καὶ ὁ ἀριθμὸς ἀριθμούμεν☉, *numerus numeratus, ſive res qvæ numeratur. l. 4. ἀκρ. c. 16.*

XII. Λόγ☉ (μετὰ φωνῆς γινόμεν☉) ἐςι ποσὸν, ὁ καταμετρεῖται συλλαβῇ βραχείᾳ καὶ μακρᾷ, *i. e. Oratio (voce prolata) eſt qvantum, qvod menſuratur brevi vel longâ ſyllabâ l. Categ. c. 6. par. 3.*

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Τῷ ποσῷ οὐδὲν ἐςιν ἐναντίον *i. e. Qvanto nihil eſt contrarium Ibid. par. 18.*

*II.* οὐ δοκεῖ τὸ ποσὸν ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, *i. e. Qvantum non recipit magis & minus. Ibid.*

*III.* ἴδιον μάλιςα τοῦ ποσοῦ τὸ ἴσον τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι, *i. e. maximè proprium qvanti eſt, ut dicatur æqvale & inqvale. Ibid.*

## *CAP. III.*

## De Quali.

*I.* Ποιὰ λέγεται, τὰ παρωνύμως ἀπὸ τῶν ποιοτήτων λεγόμενα, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ἀπ' αὐτῶν *i. e. qvalia dicuntur, qvæ denominantur â qvalitatibus, aut qvovis alio modo ab iis l. Categ. c. 8. par. 24.*

II Ποιότης ἐςι, καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται, *Qvalitas eſt, ſecundum qvam qvidam qvales eſſe dicuntur Ibid. par. 1.*

III. Ἐςι δὲ ἡ ποιότης τῶν πλεοναχῶς λεγομένων, *i. e. Eſt a. qvalitas ex eorum numero, qvæ multis modis dicuntur Ibid.*

*IV.* Ἓν μὲν εἶδ☉ ποιότητ☉ ἐςιν ἕξις καὶ διάθεσις, *i. e. Una ſpecies qvalitatis eſt habitus & diſpoſitio. ibid.* διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως τῷ πολὺ χρονιώτερον εἶναι καὶ μονιμώτερον καὶ δυσκινητότερον, *differt a. habitus â diſpoſitione, eò, qvod ſit diuturnior & durabilior in ſubjecto, difficiliusq́ amoveri poſſit. Ibid.*

*V.* Ἕτερον εἶδ☉ ποιότητ☉ λέγομεν, ὅσα κατὰ δύναμιν φυσικὴν καὶ ἀδυναμίαν λέγεται, *i. e. alteram ſpeciem Qvalitatis dicimus, qvæcunq́ ſecundum naturalem potentiam & impotentiam dicuntur, Ibid.*

VI.

VI. Δύναμις φυσικὴ conſiſtit ἐν τῷ ποιῆσαι τι ῥᾳδίως ἢ μηδὲν πάσχειν ὑπὸ τῶν τυχόντων, i.e. in faciendo aliqvid facilè, aut in nihil patiendo â contrariis. Ibid. par. 7.

VII. Τρίτον εἶδος παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη, i.e. tertia ſpecies ſunt paſſibiles qvalitates & paſſiones. Ibid.

VIII. Παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, αἱ κατὰ τὰς αἰσθήσεις πάθους ποιητικαί, ἢ ἀπὸ τοῦ πάθους γεγενημέναι, i.e. patibiles qvalitates ſunt, qvæ circa ſenſus paſſionũ ſunt effectrices, vel â paſſione productæ l. Cat. c. 6. p. 10. & 11.

IX. Πάθη λέγεται, ὅσα ἀπὸ ῥᾳδίως διαλυομένων καὶ ταχὺ καθισταμένων γίνεται, i.e. Paſſiones appellantur, qvæ ab iis fiunt, qvæ facilè diſſolvuntur & citò corriguntur Ib. par. 13. & 15. Et l. 5 met. c. 21. πάθος ἐστὶ ποιότης, καθ' ἣν ἀλλοιοῦσθαι ἐνδέχεται, Paſſivo eſt qvalitas ſecundum qvã alterari contingit.

X. Τέταρτον εἶδός ἐστι σχῆμά τε καὶ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα μορφή, i.e. qvarta qvalitatis ſpecies eſt figura, & circa qvãq; rẽ exiſtens forma. Ib.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I. Ὑπάρχει ἐναντιότης κατὰ τὸ ποιόν, i.e. qvalitatibus ineſt Contrarietas lib. Categ. c. 6. par. 23.

II. Ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τὰ ποιά, i.e. Qvalia recipiunt magis & minus. Ibid. par: 26.

III. Ὅμοια καὶ ἀνόμοια κατὰ μόνας λέγεται τὰς ποιότητας, Secundum ſolas qvalitates res dicuntur ſimiles aut diſſimiles. Ibid. par. 30,

## CAP. IV.

## De Relatione.

1 Πρός τι τὰ τοιαῦτα λέγεται, ὅσα αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων εἶναι λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον, i.e. Relata dicuntur, qvæcunq; hoc ipſum qvod ſunt, aliorum eſſe dicuntur, vel qvocunq; alio modo ad aliud referuntur. l. Categ. c. 7. par. 1.

II Suntq; duplicia: 1. κατὰ τὸ λέγεσθαι ſecundum dici, qvæ ſunt entia abſoluta, ſecundariò verò reſpectum ad aliud habent. 2. κατὰ τὸ εἶναι, οἷς τὸ εἶναι ταὐτόν ἐστιν, ἢ πρός τι πῶς ἔχειν, i.e. ſecundum eſſe, qvorum eſſentia nihil aliud eſt, qvam ad aliqvid modo qvodam affectum eſſe c. 7. categ. par. 24.

Πόρισμα I. ὑπάρχει ἐναντιότης ἐν τοῖς πρός τι, i.e. Relatis ineſt contrarietas: οὐ δὲ πᾶσι. par. 6.

II. Δοκεῖ τὰ πρός τι (οὐ δὲ πάντα) ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, i.e. Relata videntur magis & minus recipere d. l. par. 7.

III. Πάντα τὰ πρός τι πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται, i. e. Omnia relata referuntur ad ea, qvæ reciprocantur par. 9.

IV. Τὰ

IV. Τὰ πρός τι ἅμα τῇ φύσει i.e. Relata ſunt ſimul naturâ parag. 17:

V. Ἐὰν τις εἰδῇ τι ὡρισμένως τῶν πρ[illegible] κἀκεῖνο, πρὸς ὃ λέγεται, ὡρισμένως εἴσεται i.e. Relatorum uno definitè & diſtinctè cognito, cognoſcitur & alterum. d. l. par. 26.

## CAP. V.

## De Actione & Paſsione.

I. Τὸ ποιεῖν ἐστι, καθ' ὃ εἰς τὸ ὑποκείμενον ἐνεργεῖν λεγόμεθα i.e. Actio eſt, ſecundum quam in ſubjectum agere dicimur Niceph: Blemmid: Epit: log. c 4.

II. Τὸ πάσχειν ἐστι καθ' ὃ τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος ἐνέργειαν ὑποδέχεσθαι λεγόμεθα i. e. Paßio eſt, ſecundum quam agentis operationem recipere dicimur. Vel: πάσχειν ἐστι τὸ ὑφ' ἑτέρου ἀλλοιοῦσθαι i.e. pati eſt ab alio alterari Blemmid: ibid:

III. Actio alia eſt ἐμμένουσα, immanens, quæ manet in ipſo agente, â quo promanat, illudq; perficit, ut: intellectio, ſenſatio, appetitio.

IV. Alia eſt μεταβαίνουσα, tranſiens, quæ ab agente tranſit in patiens, & recipitur in externo quodam ſubjecto, diſtincto ab agente, ut: calefactio, ſcriptio.

Πόρισμα: ἐπιδέχεται τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν ἐναντιότητα, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον i. e. Recipit actio & paßio contrarietatem, & magis atq; minus l. Cat. c 9 par. 1.

## CAP. VI.

## De Quando, Ubi, Situ, & Habitu.

I. Τὸ πότε ἐστὶ ἡ περίστασις ἢ σημαντικὸν τοῦ χρόνου i. e. Quando eſt circumſtantia vel notatio temporis Blen: c. 14.

II. Τὸ ποῦ ἐστι περιστατικὸν τοῦ τόπου i.e. Vbi eſt circumſtantia loci Idem ibidem.

III. Τὸ κεῖσθαι ἐστι περίστασις θέσεως τοῦ σώματος πρὸς τόπον Situs eſt circumſtantia poſitionis corporis ad locum.

IV. Τὸ ἔχειν ἐστι περίστασις τῆς αἰσθητοῦ i.e. Habitus eſt circumſtantia veſtitus.

ΤΕΛΟΣ

Μόνῳ σοφῷ θεῷ, σωτῆρι ἡμῶν, δόξα.

# tio Philo-

hica,

IN TOTIUS

onumentis Ariſtotelicis

m exhibens,

*UAM*

*Inclytæ Facultatis Phi-*

*ă, quæ Lipſiæ eſt, Academiâ*

*landam proponit,*

ESIDE

NE HöFERO

S.S. Theol. Studioſo.

ONDENS

*Müller Græ-*

*Philoſ. Baccal.*

*n 5. Decemb.*

ENNINGUS Köler/

DC XXXV.

112